



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

7. An si ex incuria Sacerdotis, dum alios communicat, porrigeret Eucharistiam infanti genuflexo non habenti vsum retionis, reciperet gratiam? Et resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an infantes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

dium, à veris
Quæ alios
niños. & ibi
in tr. 6. Ref.
68. Signa-
ter in §. Et
randem. per
torum. & ne
deleas lege
re dicta Ref.
per totam,
& si placet
etiam alias
eius annota-
tionum, vt
facilius dif-
soluas hanc
quæst. & vi-
de etiam §.
vltim. huius
Ref. & alium
eius not.

nis; nam minor rationis vsus, & discretio requiritur ad confitendum, quàm ad communicandum. Et Conradus in respons. part. 1. q. 5. 4. in fine, docet, quod pueri non obligantur ad communionem vsque ad 12. annum.

2. Sed his non obstantibus, nouissimè Ioannes Sancius, vir quidem doctus, in selectis disp. 26. per totam, mordicus contendit, & probat absolutè pueris ministrandam Eucharistiam, postquam ad annos discretionis peruenerint, neque distinguendum esse inter tempora confessionis, & communionis: nam vtriusque rei præceptum imponitur sine vlla distinctione in cap. omnia vtriusque sexus, de poen. Nec minor discursus requiritur ad præceptum confessionis, quàm communionis; imò si rectè perpendantur præcepta, maior ad confessionis, quàm ad communionis: quæ omnia per partes, & accuratè probat, & pro hac sententia adducit Tabienam ver. excommunicare, num. 3. D. Antoninum 3. part. tit. 9. cap. 8. §. 2. & part. 3. tit. 4. cap. 12. §. 5. & Paludanum, qui in rebus moralibus est instar omnium, in 4. sent. dist. 12. q. 1. n. 25. vbi sic asserit: Et dicitur annus discretionis, non pubertatis, qui sunt anni nubiles in femina 12. & 14. in masculis, sed postquam est doli capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per consequens de communione quæ simul datur; quia ex quo potest peccare, debet remedium confessionis, & communionis adhibere. Ita Paludanus, & D. Antoninus.

3. Ex quibus omnibus infert, secundum se loquendo, peccare parentes peccatorum, & Confessarios non sinentes illos communicare statim ac peccare norunt, cum causa sint transgressiois præcepti. Excusantur tamen à peccato, quia sequuntur opinionem contrariam, quam supra reculimus. Notat tamen dictus Sancius, quod etiam stando in sua opinione, pueri non communicantes in Paschate, nec excommunicatione, nec penes Canonicis ligantur vsque ad annum decimumquartum, & probat hoc ex multis Authoribus. Et hæc omnia Sancius multum conducentia ad conducendos scrupulos Confessariorum, si dedissent, vel dare vellent pueris communionem; in quo casu multos anxios, & indeterminatos cognoui, sed secundum Sanctum à perplexitate liberi erunt: nam statim ac notum erit eis, pueros vsu rationis habere, poterunt illi sacram Communionem exhibere.

4. Verùm primam opinionem ego teneo, quam etiam ex neotericis tenet Iacob. Granada in part. 2. contr. 7. tractat. 3. part. 1. disput. 6. num. 37. vbi docet præceptum annuæ communionis non obligare ante decimum, quia doctores ita intellexerunt hoc præceptum. Sed his non obstantibus puto opinionem Sancij esse probabilem, quam nouissimè tenet etiam doctus Caserus Palaus in Opere morali tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 2. n. 7. lege illum, & non pigebit.

RESOL. VI.

An pueri tempore, quo sunt capaces recipiendi Sacramentum Penitentia, sint etiam capaces recipiendi Eucharistiam?

Et obiter docetur ad lucrandum Tubileum pueros, qui possunt confiteri, esse etiam ad Sacramentum Eucharistia admittendos. Ex p. 3. tr. addit. Ref. 19.

§. 1. Negatiuam sententiam ego docui in part. 3. tractat. 6. resol. 70. cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Præpositum in 3. part. quæst. 80. art. 11. dub. 2. num. 58. Ludouicum de San Iuan in luce

Sup. his in tom. 1. tr. 3. Refol. 50. §. vlt. per totum, & in aliis eius duarum annotationum.

Sup. hoc, quod hic docetur magis late cum eodem Granada hoc citato, & aliis infra in Refol. 89 §. 2. à medio vsque in finem, & in tom. 4. tr. 6. Ref. 68. §. Et tandem. prope fin. & seq.

Quæ hic est Ref. antecessens, & reci-

Sacerdotum q. 7. de Euch. art. 11. dub. 1. concl. 1. Gratianum in decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 38. n. 5. Sorcium de sacrif. Missæ lib. 4. cap. 29. n. 5. Cordubam in sum. q. 60. ver. 11. Bonacinam de sacram. disp. 4. q. 7. punct. 2. num. 3. & alios penes ipsos. Sed ibi pro contraria opinione, quam probabilem existimauimus, adduxi Ioannem Sancium: verùm aduersus illum acriter insurgit nouissimè Ioan. Merlinus Societ. Iesv, tract. de frequent. Euch. dist. 1. cap. 1. & seq.

2. At his non obstantibus opinionem Sancij tenet ex eadem Societ. Iesv, vt ibi notari, Calixtus Palaus in Opere morali tom. 1. tract. 3. di. p. 1. punct. 24. §. 2. num. 7. cui nunc addo Philippum de la Cruz in Theaur. Eccles. tract. 1. §. 1. num. 5. vbi docet ad lucrandum Tubileum pueros qui possunt confiteri, esse etiam ad Sacramentum Eucharistia admittendos, ait. [Esta es doctrina de San Antonin. 3. part. tit. 4. cap. 12. §. 4. & 5. y Paludano in 4. dist. 12. quæst. 1. n. 15. que se comprehendit en estas breues palabras. Et dicitur annus discretionis, non pubertatis, qui sunt anni nubiles in femina 12. & 14. in masculo, sed postquam est doli capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per consequens de communione, que simul datur; quia ex quo potest peccare, debet remedium confessionis, & communionis adhibere. Y assi estos Doctores enseñan que y gualmente el que tiene uso de razon, tiene obligacion à la confession, y à la comunión, qual doctrina mas que ningun doctor la trahie y defende con gran de agudeza Iuan Sanchez, en quien toda esta disputa se puede ver, la qual concludy con estas palabras. Cuiuslibet puero statim ac peccare nouerit distinguendo inter bonum, & malum, ministrari debet Eucharistia, licet sexto, aut septimo anno: nam præceptum de annua confessione, & suscipienda Eucharistia eodem tempore obligat fideles, statim vero ac quis scit peccare, obliquat præcepto confessionis annuæ, guidandose por esta doctrina los confesores, pueden amonstrar que conuenien à los tales para ganar las indulgencias. Itaque Sed ne discedas à prima opinione, tanquam communiiori, & probabiliiori.

RESOL. VII.

An si ex incuria Sacerdotis, dum alio communito, porrigeret Eucharistiam infanti genitico non habenti vsu rationis, reciperet gratiam? Et resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an infans ante vsu rationis sint capaces fructus spiritualium, quem Eucharistia ex opere operato confert? Et an antiquius fuerit consuetudo in Ecclesia in variis prouinciis conferendi Eucharistiam infantibus? Et an si puer, & amens nunquam doli capax inueniant casu Eucharistiam, & comedant, accipiant gratiam, licet non sint capaces manducationis sacramentalis? Ex part. 10. tract. 11. & Missæ Resolut. 18.

§. 1. Resolutio huius dubbij pendet ex illa quæstione, an infans ante vsu rationis sint capaces fructus spiritualium, quem Eucharistia ex opere operato confert? Et negatiuè respondet Alexander de Ales 4. part. quæst. 11. n. 2. art. 3. §. 1. Paludanus in 4. dist. 9. quæst. 4. art. 3. Maior q. 1. §. Prima est, dicitur in Cæculo Corpus Christi, Gabriel quæst. 2. art. 3. dub. 1. Cæcilianus 3. part. quæst. 80. art. 12. in q. sua 1. §. Quæstio Tertium. Syluester verb. Eucharistia 2. q. 5. Petrus Sotus sect. 8. de Eucharist. inclinat Dominicus Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 9. sub finem. Et quod caput est, illam docere videtur Catechismus Romanus, de

Sacram. Euchar. §. Sed ne forte; ubi ait, infantes idoneos non esse, vt hoc Sacramentum accipiant; & comedant. Vnicum fundamentum huius sententiae est, quoniam ad percipiendum fructum huius Sacramenti requiritur Sacramentalis manducatio: haec autem requirit actualem notitiam huius Sacramenti, quae in infantibus, & perpetuo amentibus esse non potest. Maior probatur: nam hoc Sacramentum datur per modum cibi nutritis; qui necessario requirit actum vitalem ipsius viuents, sine quo cibus non nutrit.

2. Sed his non obstantibus, ego sententiae affirmatiuae adhaereo, quam tueretur Coninch. in 3. part. quest. 80. art. 9. num. 77. Praepositus in 3. q. 80. artic. 9. n. 50. Cardinalis de Lugo, de Eucharist. diffinit. 1. 3. n. 8. Serra in 3. part. q. 80. art. 9. Suarez disp. 62. sect. 4. & Ledesma 1. part. 4. quest. 21. art. 9. dub. 5. Quia, ait iste, ad hoc aliquando dabatur illis, vt augetur gratia. Secundo, quia si Episcopus ordinaret puerum; & reciperet puer gratiam, licet Episcopus male ageret, ordinando illum ante tempus. Tertio, puer baptizatus est in gratia: ergo est probatus. Probatur consequentia: quia ad hoc solum praecipit Paulus, quod probarentur homines ante sumptionem Eucharistiae, ad sciendum, scilicet, si erant in gratia, sic ad minus per coniecturas, & signa. Confirmatur, nam non minus paruuli sunt capaces gratiae nutritivae, quae datur per Sacramentum Eucharistiae; quam roboratiuae, quae datur per Sacramentum Confirmationis, cum vtraque ordinetur ad spiritualem vitam augendam: atqui paruuli sunt capaces gratiae roboratiuae per Sacramentum Confirmationis, vt constat ex vsu Ecclesiae, quae illos etiam ante rationis usum confirmare solet: ergo etiam erunt capaces gratiae nutritivae per Sacramentum Eucharistiae. Vide Syluium in 3. part. q. 80. art. 9.

Sup. hoc, & contentio in hoc fin. Ref. 1. Sed his non obstantibus.

3. Sed praecipua ratio nostrae sententiae desumitur ex consuetudine, quae antiquitus fuit in Ecclesia in variis Prouincijs, confendi Eucharistiam infantibus, constat ex Dionysio cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia, & ex Cypriano, lib. de lapsis, & ex Gregorio Magno in suo Misfali veteri, quod Roma extat: & id maxime iudicat Tridentinum, sess. 21. cap. 4. & id fuisse in Hispania consuetum, supponit Concilium Toletanum II. Can. 11. At si Eucharistia non posset infantibus prodesse quoad fructum augmenti gratiae, ad quem primario, & principaliter instituta est; dicta consuetudo fuisset illicita: quia contra reuerentiam cuiuscumque Sacramenti est, illud administrare, quando frustrandum est suo primario, & principali fructu. Id autem nequit Ecclesiae attribui, praeterquam quia Tridentinum, sess. 11. cap. 4. affirmat, dictam consuetudinem, si fuit, non esse damnandam. Vnde ex Arcudio testatur Lugo in Ecclesia Graeca, vigere talem consuetudinem: sed in Ecclesia Latina, consuetudine introducta est prohibitio conferendi Eucharistiam infantibus ante usum rationis; adhuc in articulo mortis, & satis conuenienter, quia ex vna parte nullum est praecipuum diuinum, quo teneamur infantibus Eucharistiam conferre, quia de eo non constat: & ex altera parte, in collatione Eucharistiae infantibus multa contra reuerentiam Eucharistiae possunt accidere, praeterquam postquam ex praecipuo Ecclesiae sola species panis laicis confertur; quia haec ab infantibus pro aetate infantili difficile deglutitur. Vide Lessium in 3. part. q. 80. art. 9. n. 24.

Sup. hoc in hoc praecipuo.

4. Ex his ego olim interrogatus respondi, perpetuo amentem, qui ad Tabernaculum Sacramenti accessit, dum Ecclesia erat clausa, & particulas consecratas sumpfit, recepit gratiam, & fructum spirituales huius Sacramenti. Et ita ex Cardinali Lugo Tom. II.

Pater Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 11. n. 204. notat, quod si puer, aut amentis ex natiuitate, nunquam doli capax, inueniat casu Eucharistiam, & comedat: accipiet gratiam. Et ita sensisse Theologos in Hispania ipsi testantur.

5. Nota hic obiter, Amicum in Cur. Theol. tom. 7. disp. 28. sect. 2. n. 10. docere contra Vasquez, paruulos, & perpetuo amentes non esse capaces manducationis Sacramentalis; licet, vt diximus, sint capaces fructus, & nutritionis huius Sacramenti: tamen sententiam Vasquez defendit Hurtadas de Sacram. Euch. disp. 9. difficult. 19. & probat; infantes esse capaces Sacramentalis sumptionis Eucharistiae; non minus quam Baptismi, confirmationis, & Ordinis; & id supponunt communiter Doctores, & merito, quia Eucharistia est infantibus Sacramentum, non minus quam Baptismus, Confirmatio, & Ordo; quia vt diximus ex opere operato confert illis augmentum gratiae; quod non efficeret, si non esset illis Sacramentum.

RESOL. VIII

An qui prouidet impedimentum futurum, vt in tempore Paschalis Eucharistiam accipere non possit, teneatur praeuenire tempus, & illam sumere?

Et an ita praeueniens tempus, non sequuto impedimento tempore ab Ecclesia constituto, teneatur iterum communicare?

Et asseritur, quod qui prouidet se in Paschate a communione impediri, non teneatur tempus praescriptum praeuenire, dummodo intra eum annum semel communicauerit? Ex part. 3. tractat. 4. Resolut. 42.

§. 1. Affirmatiue respondent Syluius in 3. part. q. 80. art. 11. queritur 3. Nugnus etiam 3. p. quest. 80. art. 11. diff. 2. Fagund. praec. 3. lib. 1. cap. 6. n. 3. & alij. Ratio est, quia praecipuum communionis non limitatur ad tempus Paschae ad tollendam obligationem ante istud, praeuiso impedimento impediende illam.

Sup. hoc infra in Resol. 13. recitatur in §. Ex his, a lin. 6. & in rom. 1. tr. 3. ex doctrina Ref. 65. Signatet in fine, & in tom. 5. tr. 9. Ref. 21. §. 3. ante mediu.

2. Non reticebo tamen contrariam sententiam docere Pitigianum in 4. sentent. rom. 1. disp. 9. quest. 3. art. 9. Azorium tom. 1. lib. 17. cap. 41. quest. 13. & alios quia nec vsus Ecclesiae id habet, nec ille qui ieiunare tenetur & audire sacrum, tenetur anticipare tempus, si praeuideat futurum impedimentum, quo die proprio non possit. Ergo, &c.

3. Sed si quis stare vellet in prima opinione; queritur, an ita praeueniens, non sequuto impedimento tempore ab Ecclesia constituto, teneatur iterum communicare. Negatiue respondeo cum Fernandez de Heredia in disp. de Sacram. tract. de Eucharistia, p. 8. dub. 1. num. 10. Ratio est, quia ex cap. omnia viris, & de poenit. & remiss. licitum est de consilio proprii Sacerdotis extra Ecclesiae tempus communionem differre; quo casu communione extra tempus facta simpliciter satisficit Ecclesiae. Ergo ex praesumpta voluntate eiusdem Ecclesiae, etiam anticipatio propter praeuisum futurum impedimentum admittenda est. Quo casu satisfactum simpliciter esse praecipuo Ecclesiae dicendum erit. Probatur consequentia: fieret enim anticipatio in hoc casu de consilio cuiuslibet viri docti, & pij; ac hoc praecipuum Ecclesiae substantialiter terminatur ad communionem intra annum faciendam, accidentaliter vero ratione congruentiarum ad tales, seu intra tales dies; quod ex textu conuincitur in dict. cap. omnia, ibi, Hi saltem in anno, & ibi, ad minus in Pascha. Quis enim illa verba ad substantiam praecipui, hoc vero ad praecipui

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeterita, & in eodem §. ad medium a ver. Alias.